



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Quòd perfectio anima[m] ab omni morbo sanet. Cap. xiv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

fortibus Domine, quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia.] Verè in omnibus magnificus, sed magnificus in sanctitate, quia hoc opus copiosiores sumptus, & expensas maiores popoficit. Verè in omnibus terribilis, sed terribilis in sanctitate, quia sanctorum vita magnum infirmis timorem incurit, & ad diligentiorum Dei cultum, & reverentiam instigat. Verè in omnibus laudabilis, sed laudabilis in sanctitate, quia vita perfecta non solum Deum propter omnia opera sua sincerissime laudat, sed & omnes eam considerantes ad sempiternas laudes auctori sanctitatis tribuendas inuitat. Cuius rei testem luculentissimum habemus Chrysostomum, qui hac de causa diuinam glorificationem, à sanctitate prouidentem, omnibus aliis Dei laudibus, & glorificationibus anteponit in hæc verba: Nihilominus iustum fuerit pro viribus gratarum actionem offerre, & indefinenter glorificare Dominum nostrum, & per benedictionem crebram, & per vitam optimam. Ista enim est clarissima Dei magnificatio, quando per innumeratas linguas glorificationem offerimus. Nam qui virtute prædictus est, facit ut omnes qui intuentur eum, Dominum suum laudent: & glorificatio hac ei, qui occasionem præbuit, magnam & ineffabilem Dei misericordiam conciliat. Quod igitur nobis beatius faret, si glorificaremus, non solum nostris linguis bonū Deum, sed & proximos quoque, ut nostro nomine cum glorificent, incitaremus. Tantum enim virtus robur est, ut innumeris linguis conditorem laudare queat. Dilectæ nihil virtus ut & virtus studiora comparari potest. Vnde & Christus dicebat, Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, & glorificant patrem vestrum, qui est in celis.] Vidisti quomodo lumen, cum apparuerit, dispellit tenebras: ita & virtus: si conspicua fuerit, & malitia effugat, & erroris tenebras abigit, & mentemque videntium excitat ad Deum glorificandum.] Deus itaqnō solum magnificus, & terribilis in sanctitate, sed & laudabilis in sanctitate, quia hoc est, quæ Deum ore omnium hominum laudat, & propter quam (scilicet ut illi seruant) omnes alia creatura factæ sunt, quæ Deum tamquam pederis sequuntur sanctitatis glorificant.

Tu, ô religiose, qui ad hoc à Domino benignè vocatus es, & ad vitam religiosam adductus, ut ei sacrificium huius glorificationis offeras, ne repide & oscitantes viuendo, à Creatore tuo hanc gloriam tibi charam, & tam sibi debirā, subtrahas. Tu, cuius ministerium est perpetuus laudibus Deum glorificare, ne laudes decurtes, ne quod pretiosius est diuinarū laudum fueris, dum Deum ore laudas, & vita non laudas, quia Dominus integrum animal in sacrificiū requirit, & (ut est in Isaia) diligi iudicium, & odio habet rapinam in holocausto.] Ne impossibilitate causeris, quia gratia præsto est, & si eam concupueris, & adiutricem vocaveris, assidentem illa fortibus tuis inuenies. Nec dicas in corde tuo parum, & nullius momenti est quod abripi, nullius aestimationis est apud Dominū, si eum puritas meæ vita glorificat. Ne, inquam, hoc dicas, quia nulla illi glorificatio, nulla illi laudatio pretiosior, quæ illa, quæ moribus, & vita viri perfecti cōfertur. Ad hanc omnes per os Davidis inuitat; Nam qui timetis Dominum, ait laudate eum, vniuersum semen Iacob glorificate eum.] Hæc de celo prospiciens, an sibi tribuatur, atque considerat. Dominus enim de celo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum, ut videat scilicet, si est aliquis, qui operibus & diuinæ legis custodia, eius gloriam & honorem requirat. Hæc de lapsu ad terras ab vniuersis hominibus in sponsam

A dilectam exquirit. Vnde in eius ingressu omnes hanc vocem auribus cordis excipiunt: Afferre Domino filij Dei, afferre Domino filios arietum] opera videlicet, quibus arietes & duces gregis & Apollolos imitemini. Et per hæc opera afferre Domino gloriam & honorem: afferre Domino gloriam nomini eius, adorate Dominum in atrio sancto eius.] Hanc gloriam à perfecta iustoru[m] vita manantem, velut materiā ingenitis latitudo complectitur. Quia si hominibus latum est, & gloriosum, inquit Cyprianus, filios habere consimiles, & tunc magis generasse delectat, si ad patrem lineamentis paribus loboles successiva respondeat: quanto maior in Deo patre letitia est, cum quis spiritualiter nascitur, ut a cibis eius, & laudibus diuinæ generositas prædiceret? Hanc denique sibi subtrahi molestè fert, & adimētes acerrima increpatione percutit, dicens: Filius honorat patrem, & seruus dominum: si ergo pater ego sum, vbi est honor mens, & si Dominus ego sum, vbi est timor meus?] Haud quaquam frater in animu[m] tuum inducas, ut rem tā dilectam, tam pretiosam, tam desideratam à tuo Domino, & Creatore subtrahas, ne dicat tibi, ut annotavit Cyprianus, illud quod dixit impisi ludaris; Filii enutriui, & exaltaui, ipse autē sp̄ruit me.] Dominus te adoptravit in filium, te gratia lacte nutritum, te in statum filio suo dignū mirabiliter exaltauit, ne illū irrideas, quia in die extremo irrideberis; ne illum contemnas, quia in hora mortis contemneris, sed magis ore laudat, corde honora, ut sanctitate magnifica, ut iustitia tua palmas, ut laborum tuorum coronam accipias, ut sis ex felicissimis illis, qui sunt audituri: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis ab origine mundi paratum est.]

Psal. 28.

Cypr. ser.
do zoolog.
liuore.

Malac. 1.

Isa. 1.

Matt. 25.

Quod perfectio animam ab omni morbo sanat.

CAP VT XIV.

Diximus perfectionem opus esse Dei, eoque Deum glorificari, nondum tamē expressissimus, quanta sit hæc gloria, quam Dominus ex nostra perfectione decerpit, vnde operæ pretium est, ut hoc (prout ruditarinostre possibile fuerit) ad instructionem legentium exprimamus. Cogitanti verò mihi quo pacto magnitudinem huius gloria declararem, quatuor Dei elegia memoria succurrerunt, quæ mea ignorantia ad hanc rem vtcumque explicandam subuenirent. Dominus enim in scripturis sanctis vocatur medicus. Nam, Benedic anima mea Dominum, inquit David, qui sanat omnes infirmitates tuas.] Et filius Dei, cuius sicut vna est substantia cum Patre, ita vna est virtus, & vna potestas, sibi medico nomen arrogat, dices: Non egent, qui sani sunt, medico, sed qui malè habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.] Vocatur rex, Quia tu es ipse rex meus, inquit, & Deus, qui mandas salutes Iacob. Et, quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos. Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines mōtum ipsius sunt.] Vocatur diues: Mea sunt, ait ipse, omnes ferae silvarum, iumenta in montibus, & boues, cognoui omnia volatilia celi, & pulchritudo agri meū est.] Et Paulus, Idē Dominus omniū, diues in omnes, qui inuocāt illū.] Deniq[u] vocatur sp̄sus: de Ecclesia quippe scriptum est, quia vocavit Dominum virum suum; & alio loco, quoniam ipse tamquam sp̄sus procedes de thalamo suo.] Maxima autē gloria medici est, si ægrorum desperatū, & depolorum sanet, & è fauibus mortis ereptum pristinæ

Psal. 102.

Lac. 9.

Psal. 43.

Psal. 94.

Psal. 49.

Rom. 10.

Ofer. 1.

Psal. 18.

sanitatem restituat. Maxima gloria regis est, si vilissimos homunciones, non solum nobiles, sed etiam magnates faciat, & in regia dignitatem exalteat. Maxima gloria diutius est, si ita in pauperculos diutias & opes dispersiat, ut sine ullo sua substantia detimento, eos pecuniosissimos ac ditissimos efficiat. Maxima gloria ipsi est, si sponsam, & illam arrogantem, & virorum contemptricem, adeo sibi subdat, & in suum amorem, & desiderium trahat, ut in eo solo omnes suas delicias & vniuersa desideria constituantur. Has igitur omnes glorias & landes Dominus ex animarum perfectione consequitur, ut sic confiteretur perfectionem vita inter omnia creata factori suo pretiosissimum vestigia gloriae, & laudationis exoluere.

Nunc inuestigemus primum, quā scilicet mirabilem sanitatem Deus, aninæ, perfectionis ministerio, restituat. Statim autem fœse oculis mentis offeret status ille quietus, & felix, in quo! Creator omnium genus humanum considerat. Fecit enim Dominus hominem rectum, ut est in Ecclesiastico, & eum in ipso creationis momento gratia circundedit, & iustitia originali vestiuit. Gratia afficiebat animam, & illam Deiformem, reddebat, & omnibus creaturis sensibilibus Dominā charissimam, Angelis sororem amabilissimam, & Deo filiam acceptissimam constituebat: Originalis iustitia (quam omnium donorum Spiritus Sancti, & virtutum infilarum à gratia manantium cumulum esse putamus) vires animæ tam pure spirituales, ut memoriam, intelligentiam, & voluntatem, quam corporeas coniuncto inherentes, ut sensus, & appetitus, optimè moderabantur, & puras, atque pacatas faciebat, & minimis quoque defectibus liberabat. Eraque tunc homo memoria tranquillissimum, intellectu perspicacissimus, voluntate rectissimus, sensibus obedientissimus, appetitu subiectissimus, in quo corpus animæ iustum sine vila contradictione sequebarunt, sensus & appetitus rationi parebant, & ratio Diuini numeri ducebatur imperio. Quam hominis perfectam sanitatem scriptura non siluit. Nam cum ad imaginem, & similitudinem Dei conditum astruit,] quorum primum, scilicet, imaginem, ad naturam integrum, rationis compotem, arbitrio liberum, & omnium rerum corporalium reginam; secundum verò, nempe similitudinem, ad perfectam gratiam virtutum, & donorum fontem, & diuinæ sanctitatis imitacionem, Origenes, Basilius, Ambrosius, Gregorius Nyssenus, Rupertus, Damascenus & alij referunt. Et alio loco ait: Hæc, nimirum sapientia, illum, qui prius formatus est à Deo, pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, charismatibus intellige, & donis suis: & postquam lapsus est, eduxit eum à dilecto suo, & dedit illi virtutem continentia omnia.] id est, potestatem omnibus visibilibus dominandi. Et rursus: Deus creavit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum.] Et iterum convertit illum in ipsam, & secundum se, ut scilicet decebat ipsum Deum, vestiuit virtute.] Quid autem esse potest, à Deo, ut ipsum decebat, hominem vestitum esse virtute, nisi diuinam misericordiam, & largitatem perfectissimis virtutum donis hominem decorasse? Quæ autem sunt hæc dona, nisi ea præclarissima nomine vnius originalis iustitiae contenta, quæ Prosper Regiensis Episcopus hac elegatissima oratione describit. Nō inquietabat molesta sollicitudo quietum, non fatigabat labor anxius otiosum, non somnus opprimebat inuitum, non amittenda vita timor angebat de immortalitate securum. Habebat facilem victum, corpus ex omni parte sanum, tranquillum motum, cor mundum, ignarus pœnalis mali,

Eccle. 7.

D.Tho. 1.
p.9.95.4r.
3.

Gen. 10.

Orige. 3. c.
6. Basili.
hom. 10.
exame.
Amb. lib.
6.c.7. &
8.
Nyss. ho.
de creatio
ne homin.
c. 4. & 5.
Ruper. 2.
de operib.
trinit. c. 3.
Dama. 2.
fidei. c. 12.
Sapi. 10.
Ecc. 17.Prosp. lib.
2. de vita
contemp.
c. 18.

A habitator paradisi, expers peccati capax Dei. Postrem quid eò felicior fuit, ut erat orbis subiectus, nullus infestus, liber animus, & visibilis Deus?] Et reuera æquum est credere, talem hominem, scilicet gratia pulchrum & iustitia originali protectum, fuile formatum, quoniam in gloriam ordinatus creabatur, & nullum erat impedimentum, quominus in ipso creationis puncto dona supernaturalia reciperet, & de manu Creatoris sui perfectus, & omnino sanus, imd & sanctus prodiret.

Sed heu, homo in honore positus suam felicitatem non intellexit, & ideo honorem perdidit, dignitatem dilapidauit, innocentia statum amisit. Nam à veterno serpente decepitur, & in prævaricationem lapsus, innocentiam comutauit in culpam, animaæ foecissimam maculâ pro decore, & puritate suscepit, & turbam omnium malorum admittens, vniuersa bona gratuita à seipso separari permisit. Ecce Adam, inquit Dominus, veluti humanam stultitiam irridens, quasi vnu ex nobis factus est, sciens bonum & malum.] Scinit bonum, quia sicut cū aliquis perdit oculos, aut manus, exim utilitatem & necessitatem aduertit, ita homo terrenus perdendo iustitiam, iustitia dignitatē agnouit. Et sciuit malum, quia per peccatum omnium calamitatum, & misericordiarum experimentum cepit, & malorum ac ægritudinum animaæ copiæ incurrit. Ille tamen memoria tranquillus innumeris illuditur vanitibus, & per ridicula, & noxia discurrerit, adeo ut mortales cogatur dicere, quoniam cor meū dereliquit me.] Ille tamen intellectu perspicax, mille ignoratiis & cæcitatibus implicatur, qui tunc bene aliquid sapit, cūm dicat, Comparatus sum iumentis insipientibus, & similis factus sum illis.] Ille tamen voluntate rectus, à Deo discensit, & ad yllissima quæq; incurvatus est: nā de illo & de suis posteris scribitur: opus manuū suarū adorauerunt, quod fecerūt digitū corū. Et incurvauit se homo, & humiliatus est vir.] Ille sensibus obediens de eorum rebellione cōqueritur, & de nuditate animaæ suæ ab ipsis sapè facta tristatur. Oculus meus, inquit, deprædatus est animaæ meæ in cūctis filiabus urbis meæ.] Ille appetitu subiectus, ab illo sibi ponī laqueos animaduertit, & suos affectus, infidelitatis accusat: quia in via hac, qua ambulabā, absconditur laqueū mihi.] Ille corpore sanus, & vegetus, maximis ac plurimis ægritudinib. affligitur (nam, ut dixit quidā, morborum mille species) imd & ipse qui patitur, dissimulare neciēs, att, quoniam infirmus sum, sanus me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.] Iam corpus animaæ imperiū subire derteat, et illa abstinentia vult, hoc māducere; si illa vigilare appetit, istud dormire; si anima laborare, corpus otvari, & foecordia consumi, delectat. Iam sensus, & appetitus rationi non parent, sed tamquam serui rebelleris aduersus illā insurgunt, & (quod miserabilis est) deceperunt, & captiuam pertrahunt. Iam ratio diuinæ leges praterit, sui creatoris iussa contemnit: quæ audieat, Fregisti ingua meum, rupisti vincula mea, & dixisti, non seruiam.] Quid moror, & hominis morbos enarrabo: omne caput languidum, & omne cor mærens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Vulnus & liuor, & plaga tumens nō est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.] Aduerit istorum morborum tum multitudinem, tum qualitatem, & videbis nihil esse in homine, quod non ægrotet, interitum metuat, & dolorem sentiat. Caput, ut interpretatur Richardus Victorinus, est liberum arbitrium, cor, est consilium, pes, carnale est desiderium. Quid potest esse sanum in eo, cuius liberū arbitriū languet, rationemceret, & affectus ægrotat? Caput, id est, liberum arbitrium languet, quia sine me, inquit Dominus, nihil potest.

Genes. 3.

Psal. 39.

Psal. 48.

Isaia. 2.

Thren. 3.

Psa. 141.

Psa. 6.

Ierem. 2.

Isaia. 1.

Richa. de
statu in
terioris.
hom. c. 1.
& II.

Ioan. 15.

B E

aduertit istorum morborum tum multitudinem, tum qualitatem, & videbis nihil esse in homine, quod non ægrotet, interitum metuat, & dolorem sentiat. Caput, ut interpretatur Richardus Victorinus, est liberum arbitrium, cor, est consilium, pes, carnale est desiderium. Quid potest esse sanum in eo, cuius liberū arbitriū languet, rationemceret, & affectus ægrotat? Caput, id est, liberum arbitrium languet, quia sine me, inquit Dominus, nihil potest.

facere:]

Eccl. 1.

Psal. 37.

Job. 2.

Bern. ser.
2. de af-
fumpt.

facere:] & nihil languidius excogitari potest eo, qui sine externo adiutorio nihil omnino, quod ad salutem proferat, facere valeret, nec se erigere, aut ad bonum mouere. Cor, id est, consilium, mōre: nam & apposita scientia, apponitur dolor & mōrē, cū certum sit, quōd in multa sapientia multa sit indignatio, & qui addit scientiam, addit & labore.] Et quanto quis melius ratione cognoscit malum pœnae, quo dignus est; tanto vehementius suis prauitatis indignatur: & quanto perfectius perspicit malum, quod patitur, tanto acriori stimulo doloris vrget. Pes, id est, affectus, cum toto corpore dolet; non enim est sanitas in carne mea, ait, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.] Totus igitur homo languet, & velut quidam lob percussus est vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem, & nullum illi remedium manet nisi vt contritionis testa saniem tantorum delictorum radat, & in sterquilinis humilitatis sedeat.] At eo desperatus languet, quōd nullum omnino remedium sive contritionis, sive humilitatis admittit. Nec enim vulnus peccati apposito medicamine detestationis curat, nec luorem scandali circumspetione, & verecundiae contegit, nec plagam tumentem pravae consuetudinis, oleo saltum compunctionis illinit. Huius morbum sub nomine tyrannidis (quia non solum generalis infirmitas, sed etiam dira tyrannis est) Bernardus non minus pulchre quam denotē depingit. Fuit aliquando, ait, cū hoc meum castum tyranidum suū impius ille subiecerat, sibi potestatiē membris imperans vniuersis. Quantum eo nocuerit tempore præsens adhuc indicat desolatio & egestas. Heu nec continentia murum in eo, nec patientia antemurale reliquit. Exterminauit vincas, mēlluit legetes, arbores extirpauit: quippe etiam oculus iste meus deprædabatur animam mean. Denique nisi quia Dominus adiunxit me, paulo minus habrasset in inferno anima mea. Dico autem infernum inferiorem, vbi nulla confessio, vnde nemini datur exire. Cæterū etiam tunc nec carcer illi deerat, nec infernus. Ab ipso nempe coniuratio, & perditionis pessima deprehensa principio, non alibi quam in domo propria, carcerali est mancipata custodia, nec aliis, quam sua illius familia data tortoribus. Erat enim illi conscientia carcer, erant tortores ratio & memoria; atque hi quidem crudeles, austeri, & immisericordes: sed longe minus rugientibus illis præparatis ad escam, quibus erat iam iamque tradenda.] Aduerte diligenter à quanta dignitate, ad quamā calamitatem, quanta sanitate, ad quantum infirmitatem; à quanta libertate, ad quantum seruitute est homo prolapsus, qui in anima gratiæ vita priuatus, in viribus suis miserabilibus morbis percussus, & eisdem ramquam catenis & vinculis compeditus, crudelissimo tyranno demoni seruiebat, & infirmus, ac impotens, vt illi obtemperaret, anxiis cutis, & operibus laboriosis vacabat?

Iero. 17.

Quan magna gloria erit hunc vinculum expedire, hunc incarceratum trahere, hunc captiuum liberare? Quā eximia laus debebitur ei, qui hūc agrotum tam deploratum sanauerit, hunc mortuum suscitauerit, & ita virtus & sanitati restituerit, vt & eius, qui infirmabatur, sit vita perfectior, salus robustior, status constantior, & merces metitorum gloriior? Hoc, Domine, opus tuum est, ista tibi decreta est laus, ista non alij quam tibi debetur gloria. Non alij quam tibi Creator meo, dico: Saname Domine, & sanabor, saluum me fac, & saluus ero, quoniam laus mea tu es.] Tuenim es, qui animam mortuam vivificas, vivificantem sanas, sanatam, in vita & salute cōseruas, & à malo seruatam præordinato tempore in tua glo-

A ria palatum admittis. Hanc spiritualem salutem ab anima perditam Dominus, perfectionis beneficio restaurat, quæ cū gracia, & charitas perfecta sit, perfectis virtutibus exornata, & Spiritus sancti donis & abundantissimis auxiliis fulcita, nihil in anima mortuum, nihil ægrotum, aut vulneratum, nihil liuidum, aut deforme relinquit. Sed ordinem huius curationis, & datæ sanitatis consideremus, quia pulchrum est oculis, & suave spirituali palato hominis istam mirabilem transformationem videre, & cibum hunc non ira, non vindicta, sed miserationis, sed amoris, sed pietatis gultare. Repisce itaque mortuū, id est, peccatorem, à Deo, qui vita nostra est alienum, peccatis fecidit, & iniuriantibus corruptum & depravatis moribus contaminatum. Si hic surrecturus est, & ad vitam rediturus accedit ad eū Christus, qui & Deus noster, & medicus est. Accedit, inquam, dum huius defuncti calamitatē respicit, misericordia intuerit, timore concutit, & à tam misero statu liberare disponit. Ut autem hoc mirabile opus ordiatur prīmo defunctū ad vitam reuocat, eo modo, quō Elieus (in quo ipsem Dominus præsignatus est) filium Sunamitidis reuocauit ad vitam. Ascendit, inquit, & incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius: & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incurvauit se super eum.] Ita prorsus propheta noster potens in opere & sermone, ascendit super intersectum ipsum, cū eum humilitate subiicit sibi: incumbit super eum, cū fletibus & gemitis emollit; & vera peccati detestatione cooperit: ponit os suum super os eius, cū labia ad confessionem peccatorum aperit; & oculos super oculos eius, cū cordi ad cognoscēdam peccati fœditatem, & virtutis pulchritudinem, lumen intelligentiæ tribuit: & manus super manus eius, cū manus in opera satisfaciōnis extendit: & incurvauit se super puerum, cū eius imbecillitatē attemperat, & nec mortui deformitate deterritus, nec fœtore repellitus, nec ingratitudine violatus, à cepto desistit. Iam isto suavi, ac benigno contactu anima prius defuncta incipi vivere, & vita insignia, id est, virtutis actiones ostendere. Calefacta est, inquit, caro pueri, & oscitauit puer septies, aperuitque oculos.] Calefit anima, cū spiritus seruore concepto fructus dignos penitentia facit, & errata in Deum admissa operibus penitentia castigat. Oscitat septies, iuxta Bernardum, cū quinque sensus duplice præcepto charitatis subiicit, & membra, quæ seruabant iniurias, ad iniuriam, cogit seruire iustitiae in sanctificationem, & aperit oculos, cum gressus suos in semitis iustitiae dirigit, & ne ad vomitum reuertatur, attente considerat.

Hoc præstantissimo iustificationis beneficio, quo homo detestatione peccati, & gratiæ infusione, ad Dei amicitiam reuertitur, viuis factus est, sed nondum sanus, quia reliquæ adhuc pristine mortis superfluit, id est, virtus prauis actionibus, acquisita quæ ipsam iam per gratiæ viuentem, morofum ad bonum faciunt, & in lecto antiqua vanitatis iacere cogunt, & functiones sanitatis, nempe faciles & suaves virtutum actiones impediunt. Crescat itaque gratia, consuetudine bene sanctorumque viuendi, augearur charitas, perficiatur omnis virtus, vt à primaria infirmitate ad perfectionem prouecta primum virtus vincat, & liget, deinde domo cordis ejiciat, postrem exrinsecus irruent, aut infirmitate affectuum nostrorum aduersus nos occulæ bellantia non solum irrideat, sed virtutis augmento seruire compellat. Dominus ergo perfectionis ministerio hominem gratis viuentem sanat, & quodammodo ad statum innocentia-

4. Reg. 4.

4. Reg. 4.

Bern. ser.
16. in
Cant.

amissum reuocat, dum omnia eius interior & exteriora componit. Eius cor, antea per distractionem, & caliginem ignorantia mortis, omni mestitia & anxietate liberat, dum memoriam desiderio coelestium reprimet; & per noxiam aut inaniam antea vagantem, Dei, aut rerum necessariatum, quo tempore, & loco necessaria sunt, recordatione coeret. Et dum intelligentiam splendorum rerum supernarum illuminat, & à rebus terrenis avocatam ad cœlestia iugiter contemplanda sustollit. Eius caput antea per imbecillitatem, & boni fastidium languens omni infirmitate, & repugnantia eximit, dum liberum arbitrium gratia auxiliis abundantissimis roboret, gemina charitate, Dei & proximi delinit, & justitia, ac misericordia componit. Eius pedem cum reliquo corpore morbidum sanat, dum affectum per fortitudinem & temperantiam ab bonum quærendum exsuscitat, & à desiderio voluptatum prohibitarum abducit. Et sicut officina crucis Christi mortificationis vnguento, & gratia medicaminibus, omnis languor pellitur, ut illud Pauli apicamus implerit; Quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, & ultra non seruamus peccato. Iam vulnus peccati abiit, quia homo peccato non tamquam mancipium seruit, sed tamquam miles iustitiae, & sanctitatis bellum indicit. Iam lux scandali fugit, quia iustus se aspiciens, non ad malum prouocat, sed luce bonorum operum ad omne bonum inuita. Iam plaga tumens discessit, quia inueterata conuersatio mali in boni conseruendum mutata est, & omnem virtutem, omnem sanctitatis actionem facillime exercet, qui omne virium & omnem impuritatem antea quæserat. Iam in homine perfecto non apparent, nisi cogitationes sanctæ, desideria cœlestia, verba fructuosa, labores, & sibi, & proximis, & Ecclesia proficiunt. Iam ille qui erat sentina vitorum, sterquilinum iniquitatum, locus immunditiarum, factus est schola sanctitatis, hortus amoenitatis, doctrina virtutis. Iam denique homo languidus, & triginta & octo annos habens in infirmitate sua,] quia ad quadragenarium numerum (vt meditatus est Augustinus) vniuerita lege sacramentum, duorum preceptorum charitatis impletione carcerabat, ad imperium Salvatoris tollit grabatum suum, & ambulat, quia corpus suum, corporisque passiones, & omnia externa in iustitiam, & metit puritate ordinat. Grabatum nostrum corpus est, inquit Bernardus, in quo prius languidi jacebamus seruientes desiderii, & concupiscentiis nostris. Nunc portamus illud, cum spiritui seruire cogimus: & mortuum nostrum portamus, quia corpus mortuum est proper peccatum. Ambulamus tamen, non currimus, quia corpus, quod corruptitur, aggrauat animam, & deprimit terrena habitatio sensum multa cogitante. Ambulemus etiam in domum nostram. In quam domum? in matrem omnium, quia sepulchra eorum domus illorum in æternum. Vel potius in domum nostram, quam habemus ex Deo non manuæstam, eternam in celis.] Sanus quidem, & vegetus factus est homo, qui non corpore tamquam lecto decumbat, sed illud, onus certè importabile, facile tollat, & humeris fortitudinis, & stabilitatis impositum, in domum suam, id est, in domum sibi à Domino preparatam, & bonorum operum pretio mercatam, scilicet in celestes mansiones inuehat.

Salus ista, quam genus humanum in sanctis ac perfectis suscepit, non solum maior est illa quam in statu innocentia possederat, sed etiam est robustior atque glorioſior. Maior est, quia cœtus sanctorum in hoc statu præstantiores sanctos habet, & donis

A gratia nobiliores, & Deo coniunctiores, quam innocentia status haberet. In illo enim pacis & tranquillitatis statu opera quædam egregia, & præclaras non essent, quibus status hic noster mirum in modum abundat. In quo nimis est patientia, & constantia Martyrum; Evangelica paupertas, castitas, & obedientia religiosorum; aspera, secura, & dura vita Monachorum: rigida, & ultra quam credi posset intolleranda conuersatio penitentium. In illo statu non veniret Filius Dei (quod probabilis Thomas, Athanasium, Ambrosium, Augustinum, Nazianenum, Leonem, & alios patres fecerunt existimat) carne nostra velutaria, & ita mundus illo duecitur, illo imperatore, illo sole iustitia, illo copiosissimum donum largitorte careceret. In illo statu nulla esset mater Dei, atque adeo nec talis gratia & sanctitas (qua profecto eximia est) qualis matri Dei debebatur, unde & torus orbis minus pulcher, & diues esset, hac gemma pretiosa, hac regina inclyta, hac luna plena, & nullum umquam defectum sustinente, priuatus. In illo statu non essent Apostoli, Ecclesia patres, Sanctorum principes, & cœli lumina, qui Christi coniuncti, & conuerlatione, eximia dignitatis acquisitione, insignium meritorum adceptione, & laborum perpessione, tantam sanctitatem natæ sunt, quam nullus ad hunc coniuctum non admisus, ad hanc dignitatem non vocatus acceptit. In illo statu non esset acies martyrum, qui larga effusione proprij crux incomparabilem pulchritudinem Ecclesiam attulerunt, & sibi ipsi passione mortis (qua nihil est difficulter, nihil amari) eximia gratia, & meritorum incrementum compararunt. In illo statu nostrorum confessorum corona non esset, qui stigmatibus Christi donati, id est, rigore vita & sustinentia maximorum laborum, diuitias non tantum bonis operibus sine difficultate factis lucent, sicut sancti in statu innocentia lucent, sed cilicis & flagris liquidi, inedia & vigiliis squallidi; persecutionibus & opprobriis exercitati resplendent. In illo denique statu non esset flos virginitatis, tentationibus impugnatus, & anticipitus bellis ac contradictionibus impeditus. Licer enim tunc feminæ, vt Augustinus & Thomas putant absque fractione sigilli virginis conceperint, tamen virorum amplexibus, & generationi, ac filiis procreandis vacarent; quare homines virtus que sexus pulcherrima & abundantissima merita Victoriae earum non habent. Ita igitur illustrissima dignates, & ita cumulatissima merita, sanctis nostris per Christum data, illi statui innocentia deficerent. Quare huius temporis gratia, & sanctitas maior, & cumulatior est, multique sancti nostri omnes sanctos, qui tunc habentur, excedunt. Et ideo culpa primi parentis felix dicenda est, non solum, vt inquit Gregorius, quia talen meruit habere Redemptorem, sed etiam quia Redemptor noster ita naturæ humanæ fracturam solidavit, vt eam pulchriori redderet, ita diuitias perditas recuperavit, vt copiosiores & maiores efficeret. Vnde verum est dictum Pauli, ubi abundauit delictum, superabundauit & gratia,] superabundauit, inquam, gratia supra delictum, quia illud consolauit, & domino Dei aduenientem omnino delevit; & superabundauit supra gratiam præcedentem, quia haec per Christum data, & tantis meritorum fluius augmentata, graciæ illam tam quietam & pacificam inundauit.

E Salus quoque sanctorum post naturam lapsam robustior est, quod vel ex euentu ipso dignoscitur. Eua enim mater nostra prima dæmonis fusione decepta est, primo vulneris iactu prostrata, primo

D.The.3.
p.9.1.a.
Athanas.
serm. 3.
contra
Arian.
Amb.lib.
de Incar.
nat. Do-
minica
Sacram.
c.9. Ang.
lib.1. de
peccato.
merit. &
remis. c.
Nazian.
orat. 4. de
Theolog.
Leo.ser.3.
Pentecost.

Aug. 14.
de civit.
c. 26.
D.The.1.
p.9.6. a.
2.ad 4.

Rom.5.

laqueo

Genes. 3.

Genes. 2.

Iohann. 8.

Genes. 3.

Genes. 3.

I. Tim. 2.

laqueo, & illo non admodum occulto deuicta. Nequaquam dixit aduersarius, morte moriemini.] Quis in his verbis statim dolum non videat? Dixerat Dominus, in quo cum die comedederis ex eo, morte morieris:] & dicit Diabolus, nequaquam morte moriemini; cuinam credendum erat? an Diabolo, qui mendax est, & pater eius? an Deo, qui verax est, & origo veritatis? Nequaquam morte moriemini.] Verbum igitur Dei falsum erit, & verbum tuum, ô Diabolo erit verum? comminatio Dei, & pena transgressoribus irrogata, irrita erit & nulla, mendacium autem tuum stabit? Sic enim Deus, ait, quod in quo cum die comedederis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij.] Ergo inobedientia & diuini mandati transgressio, que Angelos in dæmones convertit, & te ex pulcherrimo arce sanctissimo deterritum, & iniquissimum effecit, Deos facit? Ergo Deus tam infirmus, & imbecillus est, ut ipso reluctantente possit creatura vilissima, ab eo per peccatum fugiendo, se Deo vniire, Deitatis coronam surripere, & in thronum Deo præparatum ascendere? Ista lusio, ô Diabolo, dolus est, tendicula est, mendacium est, quod vel ita filissimi intelligent, & à morte sub praetextu diuinitatis oblata effugient. Ac mater nostra Eua, aut non intellexit, aut se intelligere dissimulauit, ut suo appetitu satisfaceret, & pomì veriti gustum, & saporem acciperet. At Adam pater noster, nihil fortior factus uno coniugis verbulo, una muliercula lacrymacula vinctus est, dedique viro suo pomum, qui comedit, & aperti sunt oculi amborū.] Siccine diuinum mandatum à primo humani generis parente, custodiendum fuit? Itane lex facilis, ad postulandam obediens iam data, fuit à rationabili creatura seruanda? An ille, qui, ut inquit Paulus, seductus non est, debuit, ut mulier voluntari satisficeret, Dei voluntati contraire, seipsum pessundare, omnes nos perdere, & orbem uniuersum turbare? Quæ dedit, ait, viro suo & comedit.] Ut indicet, quod qua facilitate comedit pomum, deglutiuit peccatum, gustauit morem; & gratia ac iustitia dona sibi concessa vastauit. Ista fuit duorum illorum hominum perfectorum fidelitas erga Deum; quos status innocentia tulerit. Nam & illi non tantum gratioli creati sunt, verum in gratia quoque, & charitate perfecti. At sancti post lapsum Adæ à Christo liberati non ita facile dæmoni se subdiderunt, & eiuscum Sirenis austarunt. Multis eorum parvum visum est, se à verito ligno subtrahere, id est, à rebus prohibitis affectum subducere, nisi etiam non prohibita fugerent, quæ posse aut mentem à diuinis auellere, aut velocem in Deum cursum retardare. Ideoque diuitias contempluerunt, delicias irriferunt, honores, & dignitates repudiabant, & omnium rerum creaturarum nuditatem secessati sunt, ne quares eorum affectum ad celum euolantem detinenter, aut purissimam mentem aliqua cura negotij secularium insiceret. Multi non vnius arboris pom, sed magnis voluptibus illecebti, aut superbris opibus, & faculi splendoribus inuitati, eos constanter reiecerunt, aliquando ne diuinam amicitiam perderent, nonnumquam vero (quod maius est) ne sine diuina gratia iactura, saltem interiore quietem perderent, aut iam adeptam puritatē amitterent. Multi apud reges & principes mundi grauerit offenderunt, & ab omnibus amicis & inimicis contemni & irrideri, & spoliari passi sunt, ne vel in minimo veritatem defererent, aut in vitium adulatio[n]is & leuitatis incurrerent. Multi flagella, colaphos, infamiam, aculeos, cruces, & vniuersa tormentorum genera, & ipsam mortem, & illam acerbissimam sustinuerunt, ne fides & innocentia sibi surri-

A pereret, & ne sanctissimarum Dei legum transgrefores existent, aut patriæ caelestis inuenientur exercitores. Hi ergo, (in quorum cœtu non solum viros fortis, sed infirmas mulieres, & tenerimas virginulas, & pusillos infantes aspicio) qui ita fortiter aduersus dæmonem dimicarunt, & eius caput frangerunt, & suis insidiis insultauerunt, & tanta fidilitate atque constantia Dei amicitiam tutari sunt; robustior, & stabiliore salutem anima se habere praetendunt, his, qui leuissima tentatione suborta ab illo felici statu deciderunt, & scipios atque nos omnes in peccatum & mortem præcipitare. Et sicut illi, qui in laboribus & assiduis corporis sudoribus sunt, educati robustiores sunt, quam iij, qui in deliciis & otiosis nutruntur, ita perfecti viti tentationibus & insultibus assueti (iuxta necessitatem suam) fortiori gratiam, & (vt ita dicam) salubriorem accipiunt, quam homines in statu innocètia obtinerent, qui aut nullas aut paucas tentationes, & illas non ab ipsa natura corrupta, & ad malum prona, sed ab extrinseco exortas sustinenter; quas facillimè aduterent, & cum abundantissima gratia illi statui tributa superarent.

Ac tandem salus nostrorum sanctorum est multo felicior, atque gloriolor, quia non tantum dona data, sicut illa primorum parentum, sed bello & armis accepta, & propriis laboribus acquisita. Si enim gloriosius est, diuitias, & nobilitatem industria propria, & armis parare, quam donatione regum accipere, & si felicius est opes à parentibus perditas recuperare, & augere, quam ab ipsis partas imprudenter prodigere: illustris etiam erit, gratiam, & iustitiam ab homine lapsi labore sanctorum actionum, quibus gratia cooperatur, & Dei vocationi respondet, reparari, beatus innocentiam à primis parentibus amissam filios Deo fideles sanctitate operum obtinere. Et illi quidem patris nostri perfectionem dono datum; & sine meritis accepserunt, acceptamque post paucas horas miserabiliter consumperunt, at sancti, & perfecti viri illorum natura filii, sed gratia filii Dei, non donatione sola, sed sanctissimæ vite meritis habuerunt, & ab illis consumptam non sine magno incremento repararunt. Quod si isti in hoc statu captiuitatis constituti, nonnumquam cadunt, aut maculas levium peccatorum contrahunt, hi casus, aut ha[m]acula eorum gloriam nequaquam minuunt, quia gloriosius est in ancipito bello, licet non sine suscepito vulnera, victoriam assequi, & ingentes diuitias de manibus hostium rapere, quam in tranquillissima pace partas sine labore opes manibus deprædatorum offere. Hæc est ergo maxima gloria Dei, quod per Christum filium suum, hominem mortuum suscitavit, inimicum reconciliavit, iacentem erexit, & mille vulneribus saucium, perfectæ sanitati restituit. Hæc est incomprehensibilis laus Creatoris, & Salvatoris nostri, quod homines inimicos in suam arctissimam amicitiam euehit, iniquitatibus fœdatos non vicimque mundat, sed purissimos reddit, & planè terrenos immissa perfectione virtutis caelestes constituit. Hoc est demum ill ultrissimum crucis Christi trophyum, quod peccatores sanguine ex suo latere manante purgavit, suis ignominis nobilitauit, & sua nuditate sanctitatis stola vestiuit. Hanc gloriam, quam Dominus ex sanctorum vita reportat, ex tua vita, ô religiose, qui haec legis, etiam accipiet, si sanctitatis via ingredients, si te ipsum vincas, si mundana deseras, si virtutes queras, si virtus derelinquas, & si Deo intellectu & affectu cohæreas. Quare enitendum tibi est à somno tepiditatis surgere, à feretro locordia, in quo mortuus iaces, Deo vocante, & iuante, te ipsum

erigere,

Luc. 7.

erigere, ut omnes qui hoc mirabile opus aspicerint, timor accipiat, ita ut dicant; Quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Dominus visitauit plebem suam.

Quod perfectio animam in verissimam dignitatem extollit.

CAP V T X V.

Natura prorsus est hæc gloria medici nostri, quod ægrum iam desperatum, perfectione sanauerit, sed non minor est gloria Regis nostri, quod hominem abiecißimum, & filium iræ, atque gehennæ, perfectione in altrissimum dignitatem euererit. Quia enim maior anima dignitas esse potest, quam quod sit amica Dei; quod sit filia Dei; quod sit sponsa Dei: hac vero anima sanctitatem pura, & virtute perfecta cumulatissime iustos imperfectorum excellit. Sed relinquimus dignitatem istam, quam supra tetigimus, & aliam præstantissimam exprimamus. Hæc autem est, quod anima viri perfecti, est magnificentissima habitatio Dei, quam Dominus non molestis peccatorum impetratus, sed odoriferis floribus sanctorum desideriorum, & suauissimi fructibus bonorum operum septus inhabitat. Longè sint nunc à nostra memoria iniquorum animæ, quæ porcorū sunt cœnum, id est, dæmonum domicilium, in quibus tamquam in fædissimo luto voluntur, & solum animarum imperfectarum ac perfectarum discrimen consideramus, ut horum dignitas nos in magnam admirationem, & ex ea in ardens desiderium perfectionis adducat. Animas tepidorum, & terrenis affectibus seruientium hospitia esse summi Dei negare nō possumus, modo illa gratiam diuinam habent, & graui aliquo peccato non sordeant. At qualia hospitia? certè alia, quæ & ipsi imperfecti non minimam ignominiam afferant, & benignissimo Deo in illis commoranti grauissimam molestiam ingerant. Si tu regi potentissimo angustam cellam in hospitio tribuisses, portis, & feris priuatam, sordibus feedatam, sedilibus, & mensa, & lecto, & omnibus aliis necessariis vacuam, nōnne tibi esferi ignominiosa ista hospitalitas, & regi molesta? Sed hoc facis, cum in mente imperfectorum, & turbationum, & curarum lacunarum plena Deum tuum habitate compellis. Ista enim tua mens, quia circumspetionem non habet, quæ amorem rerum mundanarum fugiat, portis, & feris carerit, quia peccatis leuibus, numquam geminitibus & morore dilutis, fatis referta est, stercore, & puluere foderit: qui virtutum decorum vacua est, sede, & mensa, & lecto, & aliis ad commodam habitacionem necessariis egit. Non mirum si summus Rex indignatus eam deserat, & te aliquo graui peccato subiacere permitrat, & tuam cæcitatem & stoliditatem exhorreat. Qui Regem cœlestem, cui cœlum fides est, quem cœli cœlorum capere non possunt, tam irreuerenter excipit, tam indignè tractas, & in tam vilissimo, & fœtidissimo hospitio principem gloria ob tuam negligientiam commanere non erubescit: an nescis, quid faciat Dominus, cum in tali anima tepida, & incuriosi sibi hospitium præparatur? Vocat Angelos suos, vocat ministros suos, id est, prælatos, & iubet illis per os Ieremiæ: Ululare super terram animam: tollite resinam ad dolorem eius, si forte sanetur.] Quod si medicinam auferetur, & morum emendationem subire detrecteret, ait, Curauius Babylonem & non est sanata, derelinquamus eam, &

Ierem. 51.

Ibidem.

A eamus uniusquisque in viam suam, quoniam peruenit usque ad cœlos iudicium damnationis eius, & eleuatus est usque ad nubes.] Vide nō solum quam ignoramus, sed etiæ quam periculosum sit Deū in tollitio animæ legnis & recordis excipere, siquidem ea Dominus tantis imperfectionibus indignatus, relinquit, & ex paruis ad maiora & grauia prolabetur, iudicio, quod perueniat usque ad cœlos, id est, grauissima damnatione, castigat.

B At anima viri perfecti habitatio Dei est, tam pulchra, tam magnifica, tam sibi grata & accepta, ut eam domum, & fedem, & requiem, & planè cœlum pulcherrimis astris decoratum appelle. Domus Dei est, vel (ut modellus de habitaculo supernæ maiestatis loquamus) cœnaculum parvulum, per quod Dominus non cursum, & velociter transit, sed in eo perueranter & libenter requiescit. An non mulier illa magna Sunensis dixit viro suo, vt Elisæ præsentia frueretur: Faciamus ei cœnaculum parvum, & ponamus in eo lectum, & mensam, & sellam & cædabrum, vt cum venerit ad nos, maneat ibi?] Neque est suo desiderio frustrata; quia veniens Propheta in cœnaculo sibi parato requieuit. Idem ergo nobis facendum est, & perfectionis acquisitione facimus, quia scilicet Domino in cordibus nostris habitaculum, in quo requiescat, præparamus. Cor namque viri perfecti cœnaculum Dei est, humilitate parvum, mortificatione quietum, castitatem, & rerum contemplatione mundum. Nec cœnaculum vacuum est, sed rebus necessariis optimè ad habitationem instruatum. Inuenitur enim in eo pacis lectulus, contritionis mensa, iudicij sella, & cognitionis propria candelabrum. Pax lectus est, quia in pace factus est locus eius:] locus, inquam, ubi tamquam in lectulo requiescit, & suauiter dormit. Contritio mensa est, nam ad illius mensam recumbebat Dominus, qui dicebat: Cinerem tamquam panem manducabam, & porum meū cum fletu miscebam.] Hunc panem licet in suauem non despici Dominus, imò libenter manducat. Cor enim contritum & humiliatum, inquit, Deus non despicies.] Iudicium fides est: quoniam iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.] Et fides Domino parat, in qua tententiam nostræ absolutionis pronuntiet, qui sua errata diligenter examinat, & debita severitate castigat. Sui cognitione candelabrum est, non vacuum, sed lucerna clarissima decoratum, nam omnis cognitione est lux, quæ mentem nostram illuminat, & ignorantia tenebras relegat. Cum his omnibus donis anima sancta polleat, non est ambigendum, quin cœnabulum Dei sit, in quo verus Iesu Saluator noster Iesu iugiter maneat, donec in præmium hospitalitatis sedulæ virū perfectū in æternas mansiones excipiat. Quare Paulus, discrimin inter Mosum & Christum constituens, quod ille sit Dei seruus, hic filius, ait, Christus vero tamquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos: si fiduciam, & gloriam spei usque ad finem firmam retineamus.] Hanc domum ipse Christus in cordibus iustorum extruit præstantior ratione, quam reges terræ sibi palatia aut domos edificant. Quoniam isti non propriis manibus, sed ministerio seruorum aut artificum domos fabricant, & sèpè non tanta maiestate, & stabilitate, quam vellem, aut imperititia artificis, qui mente concepta actione perficiat, aut defectu materia, quæ tantum decorum suscipiat; aut vilitate ligorum, & lapidum & cæterorum huiuscmodi, quibus stabilis permanentia repugnat. At Dominus ipse domum perfectionis elaborat, & quia omnipotens est, & nihil inueniri potest, quod illi resistat, eam splendidissimam & tutissimam, quantum vult, in

4. Reg. 4.

Psal. 75.

Psal. 101.

Psal. 50.

Psal. 88.

Hebr. 3.

sanctis